Universidad de Deusto
Biblioteca

II.

LIB. REGVM.

Universidade do Porto
Biblioteca

BIBLIA
SACRA
TOM. 2.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Universidad de Deusto
Biblioteca

SACRORVM BIBLIORVM TOMVS SECVNDVS.

FACULTAD DE TEOLOGIA Univ. de Deusto BILBAO

Universidad de Deusto
Biblioteca

QVI PER ANGELOS DICTVS EST SERMO
FACTVS EST FIRMVS
Heb. 2.

Ex Bibliotheca Fr Victoris Par.

Universidad de Deusto
Biblioteca

BENEDICTI ARIAE MONTANI HISPALENSIS IN CHALDAICARVM PARAPHRASEΩN LIBROS ET INTERPRETATIONES PRÆFATIO.

VARIAS *sacrorum librorum Chaldaicas paraphraſes connumerari ſcimus, neque tamen quæ à quibuſdã indicantur ſcripta apud nos extant. Cùm enim triplex Thargum plerunque celebretur (Thargum autẽ idem eſt Chaldæis, quod Paraphraſis Latinis) Babylonicum, ſcilicet, Hieroſolymitanum, atque Onkeloſij illud apud omnes peruulgatum: excepto Hieroſolymitano, & Onkeloſij, aliud præterea non vidimus. Vt autem Onkeloſij illud magnoperè celebratur; ita etiam Hieroſolymitanum magni nominis & auctoritatis eſt. Nos in regio hoc opere illud Onkeloſij, quod in ſomplutenſibus legitur, adhiberi curauimus. Quamuis autem ab eodẽ paraphraſte cæteros ſacræ ſcripturæ libros Chaldaico idiomate donatos eſſe plerique aſſerant: nos tamen ea de re quidquam certi affirmare non audemus. Ionathæ verò Vzielis filij ex veteri Synagoga viri doctiſſimi paraphraſis in duodecim prophetas, omniũ eruditorũ ſuffragio maximis laudibus celebratur. Is enim præter multa alia, quæ doctiſſimè exponit, præcipua quoque Chriſti myſteria et apertè explicat, & valde ſignificanter indicat. Huius autem viri etſi ſunt qui ſcripta in decalogum, et cæteros ſacræ ſcripturæ libros extare, & quæ ſe legiſſe dicant: antiqui tamen Hebræi qui Miſnaoth rapſodias concinnarunt, non ſolum, nihil præterquam in Prophetas ab eo ſcriptum aſſerunt: verùm etiã ne plus ſcriberet, eaq; ratione ſacra myſteria nondum oportuno, ac ſtatuto tempore patefaceret, atq; ea ſatis eſſe exiſtimaret, quæ in Prophetarum monumentis docerentur, cœleſti voce admonitum volunt. Huius verò paraphraſes, Franciſcus ille Ximenius Cardinalis, qui ſacrarum literarum ſtudia hac etiam in parte promouere decreuerat (quod vltimo fato ſublatus præſtare non potuit) in membranis cum latina interpretatione ſcriptas apud ſomplutenſem Academiam depoſuit, vt ab ea in Chriſtianæ Reip. vtilitatem aſſeruarentur. Quæ Academia tum vt tanti viri, & de re literaria optimè meriti, dum viueret, honeſtiſſimo deſiderio ſatisfaceret, tum etiam pro eo quo eſt erga ſtudioſos homines amore, ac beneuolentia, earum nobis copiam fecit, eáſque nos huic operi, Philippi Regis optimi & ſapientiſſimi mandato, adiecimus. Hagiographos verò (quos vocant) vt Pſalterium, Job, Prouerbia Salomonis, ac reliquos libros, Ioſeph ille Cæcus Chaldaicè expoſuit: eiuſq; labor doctis viris ſatis probatur, licet in allegoriis nimius omnino iudicetur. huius paraphraſim in Latinum ſermonem conuerſam, ex eadem ſomplutenſi Bibliotheca Bibliis hiſce regiis addidimus. Reliqui verò ſunt hiſtorici libri qui priorum prophetarũ titulo inſcribuntur: quorum etiã Chaldaica extat paraphraſis: cuius quidem verus auctor quis fuerit, nondũ nobis in comperto eſt. Quod quidem opus, quatenus Hebraicæ lectioni ex æquo reſpondet, elegans certè atq; vtile eſt: ſed nonnullis adiectionibus, pleriſque in locis auctum, quæ neque cum reliquo auctoris ſtylo, ſi bene conferantur, neque etiam cum ſimplici Hebraicæ veritatis ſententia omnino conueniũt. Quæ res Ximeniũ ipſum retardauit, quominus eam, priuſquã repurgandã curaret, paraphraſem ediderit. idq; ipſemet inſuorũ Bibliorũ præfatione indicauit. Cùm is itaq; hoc exemplar probè repurgatũ deſcribi iuſſiſſet, &, vt latinitate donaretur, alicui tradidiſſet, illicò, vt iam diximus, diem obiit. Is verò liber apud priuatum aliquem remanſit: neque, vt eum ſompluti inuenirem, fieri potuit. Sed neſcio qua ratione effectum eſt, vt illud ipſum exemplar correctum atque expurgatum cum initio primi tantùm capitis Ioſue Latinè reddito ab aliquo forſan ſubreptum, dum Romæ venale exponeretur, incideret in Andream Maſium, qui tunc temporis in vrbe erat, virum tum pietate inſignem, tum ob ſingularem eruditionem valdè conſpicuum, qui illud tunc emptum, atque in haſce regiones allatum nobiſcum poſtea communicauit. (eo viſo manum eorum à quibus cætera ſomplutenſia exempla-*

Universidad de Deusto
Biblioteca

exemplaria Chaldaicè & Latinè exarata sunt, statim agnouimus) quod quidem nos, tum propter insignem vtilitatem, quæ ex eo percipi potest, tum etiam ad totius operis ornamẽtum, cæteris hisce adiecimus. In eo, additiones illæ, quæ in cæteris vulgatis exemplaribus habentur, certis capitibus notatæ erant: quorum magna pars, licet nihil habeat quod lectorem posit offendere: quia tamen apocryphum argumentum, & certum quoddam orationis genus continent, quod cum reliquo non satis cohæret, meritò adnotatæ, atque ab ipsius exemplaris contextu separatæ conspiciuntur. Hoc itaque repurgato exemplari à Masio accepto, atque à nobis, qua potuimus, fide et diligẽtia, latinitate donato, in hisce Bibliis præcipuè vsi sumus: In cuius interpretatione religioni potius, quàm verborum ornatui, studuimus: tum quia Chaldæici idiomatis tyronibus hac ratione consultum putauimus, si vocem voci, schema schemati, & locutionem locutioni redderemus: quod quidem in cæteris exemplaribus, quotquot antehac in Latinam linguam conuersa sunt, desiderari comperimus: tum verò maximè, quòd semper eius sententiæ fuerimus, vt in libris sacris multò satius existimauerimus verum & germanum eius linguæ, ex qua vertimus, sensum reddere, eiusq; proprietatis ac modorum certam quandam habere rationem, quàm eius, in quã vertimus, ornatui, & elegantiæ tantùm inseruire. Neque enim solùm quid à Spiritu sancto, eiusq; Prophetis, ministris, ac interpretibus dictũ, sed quomodo dictum sit, potissimũ obseruandũ est: atq; eius qui dicit, elocutio, non autem interpretis eloquentia spectanda est. Neq; enim dubiũ est quin de sententia ipsa, tum de auctoritate, ac orationis grauitate, ac etiam de ipsa simplicitate multùm detrahat is qui cum verbis ipsis, modos etiam, & figuras, ipsúmque dicendi genus, quàm potest, fideliter non refert: Ita enim fit, vt, dum barbarismum, aut solœcismum fortè vitat, in frigidum, insulsum, & à re omnino alienum sermonem incidat. Illud autẽ peruulgatum: Nec verbum verbo curabis reddere fidus Interpres: *nec tantæ auctoritatis est vt in diuinis sermonibus locum habeat: nec ad eos pertinet qui aliena scripta in aliam linguam conuertunt: sed eos præcipuè respicit, qui ex alieno poëmate, aut alio quouis opere, alio tamen scribendi genere, sua contexunt: & ex heroicis fabulis tragœdias, aut comœdias componunt. Huius enim generis scriptores cùm non interpretẽtur, & vertant: sed, aut imitentur, aut sua scripta ex alienis cõpilare studeãt, fidos interpretes agere non est opus. Deniq; quidquid sentiant alij, nos in hac sumus sententia, vt existimemus, iis, quibus ex peregrinis, & antiquis linguis in alias vertendũ est, non tam elegantiæ, & ornatus verborum eius idiomatis, quo cætera antiqua interpretantur, habendam esse rationem, quàm, vt elegantiam & splendorem (quod potissimum est) exactam figurarum annotationem, & translationũ imitationem, ac deniq; indeclinabilium, vt aiunt, vocum antiquarum linguarum æquale pondus, qua fieri potest sedulitate, & constãte sibi in omnibus rebus diligentia, vbique reddant. Neque enim, exempli gratia, illud Latinis verbis expressum:* Irruit Spiritus à Domino, *ita significanter dicitur, ac illud Hebraicè:* Irruit Spiritus à facie Domini; *aut Chaldaicè:* Irruit Spiritus ab ante Dominum. *Hebraica enim phrasi, prouidentia, & scientia Dei, Chaldaica auctoritas sæpius, interdum etiam permissio diuina indicatur. Quisquis igitur Latini sermonis elegantiam à nobis scrupulosè requiret, sciat is, id nostrum institutum non esse, vt verbis studeamus: sed nobis hoc tantùm propositum esse, vt in vertendis sacræ Scripturæ libris, veritati in primis, mox etiam sacrarum linguarum studiosis, quantum possumus, nostra opera, simpliciter consulamus. atque hoc consilio adducti, in libris Iosue & Iudicũ, reiecto verborum cultu, religioni ac rei veritati, potissimùm dedimus operam. quos quidem libros ad comparandam in historico orationis genere cognitionem satis esse existimauimus. Proinde in Regum historiis, in Psalterio & aliis aliquantò liberiores & Latini sermonis obseruantiores nos præbemus, non quidem vt ab instituto nostro discedamus: sed, vt interpretatio asperior illa quidem, longa exercitatione, longoq; vsu tandem exculta, atque expolita reddatur. Vt autem iis qui Latinè tantùm sciunt hac etiam in parte satisfaceremus: ex Chaldaicis paraphrasibus duriores aliquot hoc loco annotatas exposuimus.*

IN IOSVE,

CAP. I.

Vers. 7. In sic. בְּכֵן .*i.* tũc *vel* hoc modo. *Nulla re linguarũ phrases magis inter se differunt, quàm indeclinabilium partium vsu: est enim singularis & peculiaris cuique idiomati harum ratio & obseruatio, habetque plerumque elegantem significationem.* *Vers.* 9. Exactoribus .*i.* præfectis.

CAP. II.

Vers. 5. Et fuit tempus ad coniungẽdam portam .*i.* claudendi portas. *Hispani etiam dicunt* Iunta essas puertas. *Tropus est ab antecedenti. sic vers.* 7. Et portam coniunxerunt .*i.* clauserũt. *vers.* 15. Et incatenauit eos fune de fenestra. .*i.* Quasi catena constrictos demisit. *sic & vers.* 18. incatenasti nos. 21. Sicut verbũ vestrum ita fiat .*i.* iuxta verbum .22. Et sederũt ibi .*i.* manserunt.

CAP. III.

Vers. 1. Quieuerunt .*i.* pernoctauerunt. 2. Caduceatores .*i.* præfecti. 3. vos tollemini de locis vestris .*i.* proficiscemini. 5. Faciet Dominus in medio vestri separationes, *idem significat quod* mirabilia & miracula: *sic Chaldaicè dicta, quòd à communi naturæ consuetudine separata edantur nouaque sint, atque ideo admiranda.* 10. Deus constans] *Hebraicè,* Deus viuẽs: *Latinè,* immortalis: *Chaldaicè,* קיים constãs *vel* permanens, *dicitur interpretatione Hebraici epitheti.* 14. Cùm surrexerunt populus ex tabernaculis suis] cùm proficiscerentur. *nam qui proficiscitur prius stat.* 15. Diebus messis] ętatis, *quo tempore messis est.* 16. procul remotæ] longè distantes. consumptæ sunt] defluxerunt. 17. Consummauerũt omnis populus transire] perfecerunt transitum, *siue* finem fecerunt transeundi.

CAP. IIII.

Vers. 13. Armati virtutis] exercitũ *vocat Chaldæus* virtutẽ, *vel* vim, *siue* potentiã. 21. Quòd interrogabunt filij vestri cras.] *Dictio* מָחָר *variis orationum modis adiungitur, cuius officium sententia ipsa indicat, vt* מי *apud Hebræos: hoc in loco Latinorum* cùm *vel temporis vel conditionis respondet.*

CAP. VI.

Vers. 5. In ipso extendere] ipsis protrahẽtibus elangorem. 7. 9. 12. Armati virtutis] viri pugnaces, armis instructi & in exercitu dispositi. 20. prosapiam] cognationem & familiam eorum qui sanguine coniunctissimi sunt. *Angustius est nomen* prosapię *quàm* tribus.

CAP. VII.

Vers. 12. in auxilium eorum.] vestrum. *nam de Israelitis sermo est sub tertia persona.* 14. Secũdũ tribus vestras] per tribus vestras, *siue* iuxta rationem tribuum vestrarum. 26. A fortitudine furoris sui] ab ira furoris, *vel* ab impetu furoris. חֲרוֹן

CAP. VIII.

Vers. 9. Et posuerunt à septentrione] castrametati sunt. *Verbo* שָׂרָא .*i. ponere, mansionem, castrametationem, quietem & eiusmodi multa significant Chaldæi.* Et leua in hasta quæ in manu tua] leua hastam, *Chaldaismus est, pro,* leua manum cũ hasta. Et intrauit sol] occubuit, *vel* occidit. *elegantioribus verbis & magis propriis eam rem significant Hebræi & Chaldæi quàm Latini: non enim sol occidit, sed ad inferiores orbis partes concedit.* Altare lapidum simplicium] integrorum. *& vlterius,* quòd non sublatum est super eos ferrum.] super quos ferrum non est sublatum.

CAP. IX.

Vers. 5. vt Oblęę] *Genus panis tenuissimi ex farina et aqua cõfecti ad ignẽ ferreis prælis tostum. medici* nebulas *vocãt, quod ex præli notis foramina quædam refert. vulgaribus linguis nostris satis notum est vocabulum Oblea.* 8. Auditionem] famam *publicam & certissimam, quæ neminem lateat.* 9. Et Ghogh regi Mathnan] *Locũ ab Hebræis* Bassan *dictũ, Chaldæi paraphrastæ vocant* Mathnã *semper, quod eorũ temporibus iam nomen esset mutatum, vt aliorum locorum quamplurium.* 14. Et leuauerunt] profecti sunt. *vers. vlt.* Et numerauit eos Iosue] constituit, præfecit.

CAP. X.

Vers. 2. Quòd illa magna à Ghay] *Comparationis oratio hoc modo Hebraicè et Chaldaicè fit:* magna à Ghay, magna prę Ghay, *siue* maior quã Ghay. *vt* dentes tui candidi à lacte .*i.* lacte cãdidiores. 5. Super Gibghon] contra Gibghon. *nanque eadem præpositio* עַל *variis Latinarum particularum officiis fungitur: nos constanter vertimus* Super, *cuius officium ex adiunctis indicatur.* 7. Populus facientium prælium] multitudo ad prelium apta & parata, prælliatores. 14. Ad accipiendum ante Dominum orationem hominis] vt oratio hominis ad verbum audita ex euentu probaretur. 17. numerat viros] constituit. 20. Et euasio euaserunt] Superstites quidem euaserunt. 26. in ore gladij] *Hebraica & Chaldaica phrasis:* in acie gladij; *ex qua translatione dictum ab Isaia:* gladius deuorabit vos. 34. defusionis ex altitudine] decliuiũ mõtis: qua ex alto defundũtur aquæ. *Hispanè etiam* las vertientes del mõte. 35. Rekam Geah] *Loci nomẽ qui Hebraicè* Cades Barneagh *dicitur, iam tum vt videtur*

Universidad de Deusto
Biblioteca

detur mutatum.

CAP. XI.

Verſ. 1. In depreſsione] in loco depreſsiore & humiliore. 5. Ego tradens vos] tradam vos. *certitudinẽ & præſentiam participium ſignificat.* 8. Confecit ad verbum gladij] occidit gladio, *vt Venetum exemplar habet.* 10. In ore gladij conſumere] in ore gladij conſumptionis, *vel* exterminationis. 13. Non defecit verb.] בטל irritum fecit, *vel* otioſum reddidit. 20. Ab ante Dominum fuit ad obdurandum] Domini conſilium fuit vt obdurarentur corda eorum. Sed enim propter diſperdendos eos]vt diſperderentur. *verſ. vlt.* Quieuit terra à faciendo bello] à belligerando.

CAP. XII.

Verſ. 1. Hæreditauerunt terram eorum in trãſitu Iordanis] vltra Iordanem. Vſque ad Iobeca fluuium filiorum Ammõ]נחלא *torrentem, fluuium & vallem ſignificat.*

CAP. XIII.

Verſ. 1. Senex intrans in dies] Senex longæuus: *qui iam ad occaſum declinat, vt ſol occidens dicitur intrare.* Cenſa eſt] cenſebitur. 23. Oppida earum]oppida *vel* vicos *interpretamur loca alicui vrbi adiacentia, atq; eodem iure vſa: quæ neque caſtella ſunt neque villæ. Hiſpani cum Arabibus* Aldeas; *aliæ in Europa linguæ* Burgos *vocant.*

CAP. XIIII.

Verſ. 14. Ab antiquis] olim, ab initio, antiquis temporibus.

CAP. XV.

Verſ. 5. Et terminus anterioris plagæ] orientalis ; *namque initium locorum & dierum ab Oriente eſt.* 9. Et flectit terminus] declinauit, *vel* circuiuit. *& inferius verſ.* 11. circuibit. *idem eſt verbum Chaldæum* תאר. Et fuerunt exitus eius ad terminum maris,]ad littus maris. *mari ipſo terminata eſt hæreditas illa.*

CAP. XVI.

Verſ. 5. Ad proſapias] per *vel* ſecundum proſapias. 10. Non exterminauerunt] expulerũt.

CAP. XVII.

Verſ. 5. Et ceciderunt funes] ſortes. *Tranſlatio ſumpta à prædiorũ menſoribus, vt in Pſal.* funes ceciderũt mihi in præclaris. 9. Fluuiũ Kana] fluuiũ arundinibus *refertum ſignificare videtur nomen.* 12. Et manſit Kananæus ad habitandum] Cœpit Kananæus habitare.

CAP. XVIII.

Verſ. 4. Et mittemus eos] mittamus. *Futurum tempus omnibus ferè tẽporibus & modis aliarum linguarum reſpondet apud Chaldæos, præterquàm præſenti. ibidem,* ad os poſſeſsionum veſtrarum] iuxta poſſeſsiones veſtras. 6. Mittam ſortem] iaciam. 19. Ad ventum anteriorem] orientalem.

CAP. XIX.

Verſ. 29. Vſque ad vrbes arcium] vrbes caſtellis & arcibus munitas.

CAP. XX.

Verſ. 3. in non ſciendo, *ſiue* in non ſcientia]abſque ſcientia.

CAP. XXI.

Verſ. 11. Et ſpatia eius] ſuburbana.

CAP. XXII.

Verſ. 9. Ad Gilgelas Iordanis] ad limites *ſiue* terminos Iordanis. *Hinc Galilæarum nomen.* 10. In veſtro ædificare altare] in veſtra ædificatione altaris.

FINIS.

א

¹ ויהי אחרי מות משה עבד יהוה
ויאמר יהוה אל יהושע בן נון
משרת משה לאמר : ² משה
עבדי מת ועתה קום עבר את
הירדן הזה אתה וכל העם הזה אל הארץ אשר
אנכי נתן להם לבני ישראל :
³ כל מקום אשר תדרך כף רגלכם בו לכם
נתתיו כאשר דברתי אל משה :
⁴ מהמדבר והלבנון הזה ועד הנהר הגדול
נהר פרת כל ארץ החתים ועד הים הגדול מבוא
השמש יהיה גבולכם : ⁵ לא יתיצב איש
לפניך כל ימי חייך כאשר הייתי עם משה אהיה
עמך לא ארפך ולא אעזבך :
⁶ חזק ואמץ כי אתה תנחיל את העם הזה
את הארץ אשר נשבעתי לאבותם לתת להם :
⁷ רק חזק ואמץ מאד לשמר לעשות ככל
התורה אשר צוך משה עבדי אל תסור ממנו ימין
ושמאול למען תשכיל בכל אשר תלך :
⁸ לא ימוש ספר התורה הזה מפיך והגית בו
יומם ולילה למען תשמר לעשות ככל הכתוב
בו כי אז תצליח את דרכך ואז תשכיל :
⁹ הלוא צויתיך חזק ואמץ אל תערץ ואל תחת
כי עמך יהוה אלהיך בכל אשר תלך :
¹⁰ ויצו יהושע את שטרי העם לאמר :
¹¹ עברו בקרב המחנה וצוו
את העם לאמר הכינו לכם צידה כי בעוד
שלשת ימים אתם עברים את הירדן הזה
לבוא לרשת את הארץ אשר יהוה אלהיכם נתן
לכם לרשתה :

INCIPIT LIBER IOSVE.

CAP. I.

1 A ET factum est post mortē
Moysi serui Domini, vt
loqueretur Dominus ad
Iosue filium Nun mini-
strum Moysi, & diceret ei:
2 ²Moyses seruus meus mor
tuus est: Surge, & transi Iordanem istum,
tu & omnis populus tecum, in terram quā
3 ego dabo filiis Israel. ³Omnem locum quē Deu.11.e
calcauerit vestigiū pedis vestri, vobis tra-
4 dam, sicut locutus sum Moysi. ⁴A deserto
& Libano, vsq; ad fluuium magnum Eu-
phratem, omnis terra Ethæorum vsque
ad mare magnum contra Solis occasum
5 erit terminus vester. ⁵Nullus poterit vo-
bis resistere cunctis diebus vitę tuæ. Sicut
B fui cum Moyse, ita ero tecum. non dimit-
6 tam nec derelinquam te. ⁶Confortare, &
esto robustus. Tu enim sorte diuides po- Inf.3.b Heb.13.a
pulo huic terram, pro qua iuraui patri-
7 bus suis vt traderē eam illis. ⁷Confortare Inf.eo. Deu.31. b. 3.Re.2.a
igitur, & esto robustus valde, vt custodias
& facias omnem legem quam pręcepit ti-
bi Moyses seruus meus. Ne declines ab ea
ad dexteram vel ad sinistram, vt intelli-
8 gas cuncta quæ agis. ⁸Non recedat vo-
lumen legis huius ab ore tuo; sed medita-
beris in eo diebus ac noctibus, vt custo-
dias & facias omnia quæ scripta sunt in
C eo. tūc diriges viam tuam, & intelliges eā.
9 ⁹Ecce præcipio tibi: Confortare & esto ro- Sup.eo.
bustus. noli metuere, & noli timere; quo-
niam tecū est dominus Deus tuus in om-
10 nibus ad quæcunque perrexeris. ¹⁰Præce-
pitque Iosue principibus populi, dicens:
11 ¹¹Trāsite per medium castrorū, & impe-
rate populo, ac dicite: Præparate vobis ci-
baria; quoniam post diem tertium transi-
bitis Iordanem, & intrabitis ad possiden-
dam terram, quam dominus Deus vester
daturus est vobis.

תרגום יונתן

א

והוה בתר דמית משה עבדא דיי ואמר יי ליהושע בר נון משמשניה דמשה למימר : ² משה עבדי מית וכען קום
עבר ית ירדנא הדין את וכל עמא הדין לארעא דאנא יהיב להון לבני ישראל : ³ כל אתרא דתדרוך פרסת רגליכון
ביה לכון יהבתה כמא דמלילית עם משה : ⁴ ממדברא ולבנן הדין ועד נהרא רבא נהרא פרת כל ארע חתאי ועד ימא רבא מעלני
שמשא יהון תחומכון : ⁵ לא יתעתד אנש קדמך כל יומי חייך כמא דהוה מימרי בסעדיה דמשה כן יהי מימרי בסעדך לא אשבקינך
ולא ארחקינך : ⁶ תקיף ועלם ארי את תחסין ית עמא הדין ית ארעא דקיימית לאבהתהון למתן להון : ⁷ לחוד תקיף
ועלם לחדא למטר למעבד ככל אוריתא דפקדך משה עבדי לא תסטי מינה ימינא ושמאלא בדיל דתצלח בכל אתר דתהך :
⁸ לא יעדי ספרא דאוריתא הדין מפומך ותהי הגי ביה יימם ולילי בדיל דתטר למעבד ככל דכתיב ביה ארי בכן תצלח ית ארחתך
ובכן תכשים : ⁹ הלא פקידתך תקף ועלם לא תדחל ולא תתבר ארי בסעדך מימרא דיי אלהך בכל אתר דתהך :
¹⁰ ופקיד יהושע ית סרכי עמא למימר :
¹¹ עברו בגו משריתא ופקידו ית עמא למימר אתקינו לכון זוודין ארי בסוף תלתא יומין אתון עברין ית ירדנא הדין למיעל למירת
ית ארעא דיי אלהכון יהב לכון למירתה :

IOSVE.

CAP. I.

ET factum est post mortem 1
Moysi serui Domini, & lo-
cutus est Dominus Iosue filio
Nun ministro Moysi, di-
cens:
² Moyses seruus meus 2
mortuus est: nunc igitur surgens transi Iorda-
nem tu & omnis populus hic in terram, quam
ego do eis.
³ Omnis locus ad quem ambulauerint vesti- 3
gia pedum vestrorum, vobis dabo eum, sicut
locutus sum Moysi.
⁴ Desertum & Antilibanum vsque ad flu- 4
uium magnum fluuium Euphratem, omnem
terram Ethæorum & vsq; ad mare magnum,
à Solis occasu erunt termini vestri.
⁵ Non resistet homo coram vobis cunctis 5
diebus vitæ tuæ. & sicut fui cum Moyse, ita
ero & tecum: & non derelinquam te, neque
despiciam te.
⁶ Confortare & esto robustus: tu enim diui- 6
des populo huic terram, quam iuraui patribus
eorum vt traderem eis.
⁷ Confortare igitur & esto robustus, vt cu- 7
stodias & facias sicut præcepit tibi Moyses ser
uus meus. & non declinabis ab eis ad dextram
vel ad sinistram, vt intelligas in cunctis quæ
feceris.
⁸ Et nō recedet liber Legis huius de ore tuo; 8
& meditaberis in eo die ac nocte, vt intelligas
facere omnia quæ scripta sunt in eo: tunc pro-
sperabis vias tuas, & tunc intelliges.
⁹ Ecce præcipio tibi, Confortare & esto ro- 9
bustus: nō timeas neque terrearis; quoniam te-
cum dominus Deus tuus in omnem locum quò
perrexeris.
¹⁰ Et præcepit Iosue scribis populi, dicens: 10
¹¹ Transite per medium castrorum populi, et 11
imperate populo, dicentes: Estote parati in ciba-
riis; quoniam adhuc tres dies, & vos transitis
Iordanē hunc, intrantes ad possidendum terrā,
quam dn̄s Deus patrum vestrorum dat vobis.

ΙΗΣΟΥΕ.

α'.

1 ΚΑΙ ἐγένετο μετὰ τὴν τελευτὴν Μωυσῆ δούλου κυρίου, καὶ εἶπε κύριος τῷ Ἰησοῦ υἱῷ Ναυῆ τῷ ὑπουργῷ Μωυσῆ, λέγων·

2 ² Μωυσῆς ὁ θεράπων μου τετελεύτηκεν· νῦν οὖν ἀναστὰς διάβηθι τὸν Ἰορδάνην σὺ καὶ πᾶς ὁ λαὸς οὗτος εἰς τὴν γῆν, ἣν ἐγὼ δίδωμι αὐτοῖς.

3 ³ πᾶς ὁ τόπος ἐφ' ὃν ἂν ἐπιβῆτε τὰ ἴχνη τῶν ποδῶν ὑμῶν, ὑμῖν δώσω αὐτόν, ὃν τρόπον εἴρηκα τῷ Μωυσῇ.

4 ⁴ τὴν ἔρημον καὶ τὸν Ἀντιλίβανον ἕως τοῦ ποταμοῦ τοῦ μεγάλου ποταμοῦ Εὐφράτου, πᾶσαν γῆν Χετταίων, καὶ ἕως τῆς θαλάσσης τῆς μεγάλης, ἀφ' ἡλίου δυσμῶν ἔσται τὰ ὅρια ὑμῶν.

5 ⁵ οὐκ ἀντιστήσεται ἄνθρωπος κατενώπιον ὑμῶν πάσας τὰς ἡμέρας τῆς ζωῆς σου. καὶ ὥσπερ ἤμην μετὰ Μωυσῆ, οὕτως ἔσομαι καὶ μετὰ σοῦ, καὶ οὐκ ἐγκαταλείψω σε, οὐδὲ ὑπερόψομαί σε.

6 ⁶ ἴσχυε καὶ ἀνδρίζου. σὺ γὰρ ἀποδιελεῖς τῷ λαῷ τούτῳ τὴν γῆν, ἣν ὤμοσα τοῖς πατράσιν αὐτῶν δοῦναι αὐτοῖς.

7 ⁷ ἴσχυε οὖν καὶ ἀνδρίζου, φυλάσσεσθαι καὶ ποιεῖν καθότι ἐνετείλατό σοι Μωυσῆς ὁ παῖς μου. καὶ οὐκ ἐκκλινεῖς ἀπ' αὐτῶν εἰς δεξιὰ ἢ εἰς ἀριστερά, ἵνα συνῇς ἐν πᾶσιν οἷς ἐὰν πράξῃς.

8 ⁸ καὶ οὐκ ἀποστήσεται ἡ βίβλος τοῦ νόμου τούτου ἐκ τοῦ στόματός σου, καὶ μελετήσεις ἐν αὐτῷ ἡμέρας καὶ νυκτός, ἵνα συνῇς ποιεῖν πάντα τὰ γεγραμμένα ἐν αὐτῷ. τότε εὐοδώσεις τὰς ὁδούς σου, καὶ τότε συνήσεις.

9 ⁹ ἰδοὺ ἐντέλλομαί σοι, ἴσχυε καὶ ἀνδρίζου, μὴ δειλιάσῃς, μηδὲ φοβηθῇς, ὅτι μετὰ σοῦ κύριος ὁ θεός σου εἰς πάντα τόπον οὗ ἐὰν πορεύσῃ.

10 ¹⁰ καὶ ἐνετείλατο Ἰησοῦς τοῖς γραμματεῦσι τοῦ λαοῦ, λέγων·

11 ¹¹ εἰσέλθετε κατὰ μέσον τῆς παρεμβολῆς τοῦ λαοῦ, καὶ ἐντείλασθε τῷ λαῷ, λέγοντες, ἑτοιμάζεσθε ἐπισιτισμόν, ὅτι ἔτι τρεῖς ἡμέραι, καὶ ὑμεῖς διαβαίνετε τὸν Ἰορδάνην τοῦτον, εἰσελθόντες κατασχεῖν τὴν γῆν, ἣν κύριος ὁ θεὸς τῶν πατέρων ὑμῶν δίδωσιν ὑμῖν.

CHALDAICAE PARAPHRASIS TRANSLATIO,

BENEDICT. ARIA MONTANO INTERPRETE.

CAPVT PRIMVM.

ET fuit postquam mortuus est Moses seruus Domini, & ait Dominus ad Iosue filium Nun ministrum Mosis, dicens: ² Moses seruus meus mortuus est; & nunc surge, transi Iordanem istum tu & omnis populus iste, ad terram quam ego do ipsis filiis Israel. ³ Omnem locum quem calcauerit planta pedis vestri in eo, vobis dedi illum, quemadmodum locutus fui cum Mose. ⁴ A deserto & Libano isto, & vsque ad fluuium magnum, fluuium Perath, omnis terra Hhethæorum, & vsque ad mare magnum occasus Solis, erit terminus vester. ⁵ Non stabit homo ante te omnibus diebus vitæ tuæ. quemadmodum fuit verbum meum in auxilium Mosis, sic erit verbum meum in auxilium tuum: non derelinquam te, nec elongabo te.
⁶ Fortificare & roborare, quoniam tu possidere facies populum istum terram, quam iuraui patribus eorum me daturum eis.
⁷ Tantum fortificare & roborare valdè ad custodiendum vt facias iuxta omnem legem, quam præcepit tibi Moses seruus meus: ne declines ab ea ad dexteram neque sinistram; vt prospereris in omni loco quò ieris.
⁸ Non recedat liber Legis huius ab ore tuo; & eris meditans in eo die ac nocte, vt custodias ad faciendum sicut omne quod scriptum est in eo. nam insic prosperabis viam tuam, & insic intelliges. ⁹ Nonne præcepi tibi, Fortificare & roborare? ne timeas, nec frangaris: namque in auxilium tuum est verbum domini Dei tui in omni loco quò ieris. ¹⁰ Et præcepit Iosue exactoribus populi, dicendo: ¹¹ Transite intra castra, & præcipite populo, dicentes: Præparate vobis commeatus; nam in fine trium dierum vos transitis Iordanem istum, vt ingrediamini ad possidendum terram, quam dominus Deus vester dabit vobis ad possidendum eam.

Universidad de Deusto
Biblioteca

12 * וְלָרְאוּבֵנִי וְלַגָּדִי וְלַחֲצִי שֵׁבֶט הַמְנַשֶּׁה אֲמַר
יְהוֹשֻׁעַ לֵאמֹר׃
13 * זְכוֹר אֶת־הַדָּבָר אֲשֶׁר צִוָּה אֶתְכֶם מֹשֶׁה עֶבֶד־
יְהוָה לֵאמֹר יְהוָה אֱלֹהֵיכֶם מֵנִיחַ לָכֶם וְנֹתֵן לָכֶם
אֶת־הָאָרֶץ הַזֹּאת׃
14 * נְשֵׁיכֶם טַפְּכֶם וּמִקְנֵיכֶם יֵשְׁבוּ בָּאָרֶץ אֲשֶׁר נָתַן
לָכֶם מֹשֶׁה בְּעֵבֶר הַיַּרְדֵּן וְאַתֶּם תַּעַבְרוּ חֲמֻשִׁים לִפְנֵי
אֲחֵיכֶם כָּל גִּבּוֹרֵי הַחָיִל וַעֲזַרְתֶּם אוֹתָם׃
15 * עַד אֲשֶׁר־יָנִיחַ יְהוָה לַאֲחֵיכֶם כָּכֶם וְיָרְשׁוּ גַם־
הֵמָּה אֶת־הָאָרֶץ אֲשֶׁר־יְהוָה אֱלֹהֵיכֶם נֹתֵן
לָהֶם וִישַׁבְתֶּם לְאֶרֶץ יְרֻשַּׁתְכֶם וִירִשְׁתֶּם אוֹתָהּ
אֲשֶׁר נָתַן לָכֶם מֹשֶׁה עֶבֶד יְהוָה בְּעֵבֶר הַיַּרְדֵּן
מִזְרַח הַשָּׁמֶשׁ׃
16 * וַיַּעֲנוּ אֶת־יְהוֹשֻׁעַ לֵאמֹר כֹּל אֲשֶׁר־צִוִּיתָנוּ
נַעֲשֶׂה וְאֶל־כֹּל אֲשֶׁר תִּשְׁלָחֵנוּ נֵלֵךְ׃
17 * כְּכֹל אֲשֶׁר־שָׁמַעְנוּ אֶל־מֹשֶׁה כֵּן נִשְׁמַע אֵלֶיךָ
רַק יְהִי־יְהוָה אֱלֹהֶיךָ עִמָּךְ כַּאֲשֶׁר הָיָה
עִם־מֹשֶׁה׃
18 * כָּל־אִישׁ אֲשֶׁר־יַמְרֶה אֶת־פִּיךָ וְלֹא־יִשְׁמַע אֶת־
דְּבָרֶיךָ לְכֹל אֲשֶׁר־תְּצַוֶּנּוּ יוּמָת רַק חֲזַק וֶאֱמָץ׃

ב

1 * וַיִּשְׁלַח יְהוֹשֻׁעַ בִּן־נוּן מִן־הַשִּׁטִּים שְׁנַיִם
אֲנָשִׁים מְרַגְּלִים חֶרֶשׁ לֵאמֹר לְכוּ רְאוּ אֶת־הָאָרֶץ
וְאֶת־יְרִיחוֹ וַיֵּלְכוּ וַיָּבֹאוּ בֵּית אִשָּׁה זוֹנָה וּשְׁמָהּ רָחָב
וַיִּשְׁכְּבוּ־שָׁמָּה׃
2 * וַיֵּאָמַר לְמֶלֶךְ יְרִיחוֹ לֵאמֹר הִנֵּה אֲנָשִׁים בָּאוּ
הֵנָּה הַלַּיְלָה מִבְּנֵי יִשְׂרָאֵל לַחְפֹּר אֶת־הָאָרֶץ׃
3 * וַיִּשְׁלַח מֶלֶךְ יְרִיחוֹ אֶל־רָחָב לֵאמֹר הוֹצִיאִי
הָאֲנָשִׁים הַבָּאִים אֵלַיִךְ אֲשֶׁר בָּאוּ לְבֵיתֵךְ כִּי לַחְפֹּר
אֶת־כָּל־הָאָרֶץ בָּאוּ׃

12 * Rubenitis quoque & Gadditis, & dimidiæ tribui Manasse ait:
13 * Mementote sermonis quem præcepit vobis Moyses famulus Domini, dicens: Dominus Deus vester dedit vobis requiẽ & omnem terram. Nu.32.b & Dt.3.c
14 * Vxores vestræ & filij vestri, ac iumenta manebunt in terra quam tradidit vobis Moyses trans Iordanem. vos autem transite armati ante fratres vestros, omnes fortes manu, & pugnate pro eis:
15 * Donec det Dominus requiem fratribus vestris, sicut & vobis dedit: & possideant ipsi quoque terram quam dominus Deus vester daturus est eis: & sic reuertemini in terram possessionis vestræ, & habitabitis in ea quam vobis dedit Moyses famulus Domini trans Iordanem contra Solis ortum.
16 * Respondentúque ad Iosue atque dixerunt: Omnia quæ præcepisti nobis, faciemus, & quocunque miseris, ibimus.
17 * Sicut obediuimus in cunctis Moysi, ita obediemus & tibi. tãtum sit dominus Deus tecum, sicut fuit cum Moyse. 1. Macha. 2.c.
18 * Qui contradixerit ori tuo, & non obedierit cunctis sermonibus quos præceperis ei, moriatur. tu tantum confortare & viriliter age.

CAP. II.

1 A Misit igitur Iosue filius Nũ de Sethim duos viros exploratores in abscondito. & dixit eis: Ite & considerate terram vrbemque Hiericho. Qui pergentes ingressi sunt domũ mulieris meretricis nomine Raab, & quieuerunt apud eam. Iaco.2.d Eph.11.f
2 * Nunciatumque est regi Hiericho, & dictum: Ecce viri ingressi sunt huc per noctem de filiis Israel, vt explorent terram.
3 * Misitque rex Hiericho ad Raab, dicens: Educ viros qui venerunt ad te, & ingressi sunt domum tuam. exploratores quippe sunt, & omnem terram considerare venerunt.

תרגום יונתן

12 ולשבטא דראובן ולשבטא גד ולפלגות שבטא דמנשה אמר יהושע למימר: 13 חוו דכירין ית פתגמא דפקיד יתכון
משה עבדא דייי למימר ייי אלהכון מניח לכון ויהב לכון ית ארעא הדא: 14 נשיכון ושפליכון ובעירכון יתבון בארעא דיהב לכון
משה בעברא דירדנא ואתון תעברון מזרזין קדם אחוכון כל גברי חילא ותסעדון יתהון: 15 עד דיניח ייי לאחיכון כותכון וייתרון
אוף אינון ית ארעא דייי אלהכון יהב לכון ותתובון לארע ירוחבכון ותירתון יתה דיהב לכון משה עבדא דייי בעברא דירדנא פרנח
שמשא: 16 ואתיבו ית יהושע למימר ככל דפקדתנא נעבד ולכל אתר דתשלחנא נהך:
17 ככל דקבלנא מן משה כן נקבל מינך לחוד יהי מימרא דייי אלהך בסעדך כמא דהוה בסעדיה דמשה:
18 כל גבר דיתרב על מימרך ולא יקבל ית פתגמך לכל דתפקדיניה יתקטל לחוד תקוף ותלם:

ב

1 ושלח יהושע בר נון מן שיטין תרין גברין מאלפין ברז למימר אזולו חזו ית ארעא וית יריחו
ואזלו ועלו לביתא דאתתא פונדקיתא ושמה רחב ושכיבו תמן: 2 ואתאמר למלכא דיריחו למימר הא גברייא אלו מבני
בלילייא מרגלי ישראל לאתלא ית ארעא: 3 ושלח מלכא דיריחו ולות רחב למימר אפיקי גברייא דאתו לותיך דעלו לביתיך
ארי לאתלא ית כל ארעא אתו:

Interp. ex Græc. lxx. IOSVE. ΙΗΣΟΥ. μθερμήνευσις τῶν ο΄ 5

12 * *Et Ruben, & Gad, & dimidiæ tribui Manasse ait Iosue:*
13 * *Mementote sermonis Domini, quem præcepit vobis Moyses famulus Domini, dicens: Dominus Deus vester dedit vobis requiem, & dedit vobis terram hanc.*
14 * *Vxores vestræ, & filij vestri, & iumenta vestra habitent in terra, quam dedit vobis Moyses trans Iordanem. vos autem transibitis accincti priores fratribus vestris omnis fortis. & auxiliabimini eis:*
15 * *Quoad det requiem dominus Deus vester fratribus vestris, sicut & vobis; & possideãt etiam isti terram, quam dominus Deus vester dat eis. & reuertemini quilibet in possessionem suam, quam dedit vobis Moyses trans Iordanem ab ortu Solis.*
16 * *Et respondentes Iosue dixerunt: Omnia quæcunque præceperis nobis, faciemus: & in omnem locum, quò miseris nos, ibimus.*
17 * *Iuxta omnia quæcunq; obediuimus Moysi, obediemus tibi. caterum sit dominus Deus noster tecum, sicut fuit cum Moyse.*
18 * *At homo qui contradixerit tibi, & qui nõ obedierit sermonibus tuis sicut præceperis ei, moriatur. sed confortare, & viriliter age.*

CAP. II.

Et misit Iosue filius Nun de Sethim duos viros vt explorarent, dicens: Ascendite, & videte terram & Hiericho. Et pergentes ingressi sunt in domum mulieris meretricis, cui nomen Raab. & quieuerunt illic:
* *Et nunciatum est regi Hiericho, dicentes: Ecce viri ingressi sunt huc de filiis Israel, vt explorent terram.*
* *Et misit rex Hiericho, & ait ad Raab, dicens: Educ viros qui ingressi sunt in domum tuam nocte: vt explorent enim terram venerunt.*

12 * καὶ τῷ ῥουβὴλ, καὶ τῷ γὰδ, & τῷ ἡμίσει φυλῆς μανασσῆ εἶπεν ἰησοῦς.
13 * μνήσθητε τὸ ῥῆμα κυρίου, ὃ ἐνετείλατο ὑμῖν μωυσῆς ὁ παῖς κυρίου λέγων, κύριος ὁ θεὸς ὑμῶν κατέπαυσεν ὑμᾶς, καὶ ἔδωκεν ὑμῖν τὴν γῆν ταύτην.
14 * αἱ γυναῖκες ὑμῶν καὶ τὰ παιδία ὑμῶν καὶ τὰ κτήνη ὑμῶν κατοικήσουσιν ἐν τῇ γῇ, ἣ ἔδωκεν ὑμῖν μωυσῆς πέραν τοῦ ἰορδάνου. ὑμεῖς δὲ διαβήσεσθε ἐζωνισμένοι πρότεροι τῶν ἀδελφῶν ὑμῶν πᾶς ὁ ἰσχύων. καὶ συμμαχήσετε αὐτοῖς,
15 * ἕως ἂν καταπαύσῃ κύριος ὁ θεὸς ὑμῶν τοὺς ἀδελφοὺς ὑμῶν, ὥσπερ καὶ ὑμᾶς, & κληρονομήσωσιν καὶ οὗτοι τὴν γῆν, ἣν κύριος ὁ θεὸς ὑμῶν δίδωσιν αὐτοῖς. καὶ ἀπελεύσεσθε ἕκαστος & εἰς τὴν κληρονομίαν ἑαυτοῦ, ἣν ἔδωκεν ὑμῖν μωυσῆς ἐν τῷ πέραν τοῦ ἰορδάνου ἀπ' ἀνατολῶν ἡλίου.
16 * καὶ ἀπεκρίθησαν τῷ ἰησοῦ εἶπαν, ἅπαντα ὅσα ἐνετείλῃ ἡμῖν ποιήσομεν, καὶ εἰς πάντα τόπον, ὃ ἐὰν ἀποστείλῃς ἡμᾶς, πορευσόμεθα.
17 * κατὰ πάντα ὅσα ἠκούσαμεν μωυσῆ, ἀκουσόμεθά σου. πλὴν ἔστω κύριος ὁ θεὸς ἡμῶν μετὰ σοῦ, ὃν τρόπον ἦν μετὰ μωυσῆ.
18 * ὁ δὲ ἄνθρωπος ὃς ἂν ἀπειθήσῃ σοι, καὶ ὃς ἂν μὴ ἀκούσῃ τῶν ῥημάτων σου καθότι ἂν ἐντείλῃ αὐτῷ, ἀποθανέτω. ἀλλὰ ἴσχυε καὶ ἀνδρίζου.

β΄.

1 * Καὶ ἀπέστειλεν ἰησοῦς υἱὸς ναυῆ ἐκ Σαττὶν δύο ἄνδρας κατασκοπεῦσαι, λέγων, ἀνάβητε & ἴδετε τὴν γῆν καὶ τὴν ἱερειχώ. καὶ πορευθέντες εἰσῆλθον εἰς οἰκίαν γυναικὸς πόρνης, ᾗ ὄνομα ῥαάβ. καὶ κατέλυσαν ἐκεῖ.
2 * καὶ ἀπηγγέλη τῷ βασιλεῖ ἱερειχώ, λέγοντες, ἰδοὺ ἄνδρες εἰσπεπορεύνται ὧδε ἐλθὼν ὑῶν ἰσραὴλ κατασκοπεῦσαι τὴν γῆν.
3 * καὶ ἀπέστειλεν ὁ βασιλεὺς ἱερειχώ, καὶ εἶπεν πρὸς ῥαάβ λέγων, ἐξάγαγε σὺ τοὺς ἄνδρας σὺ εἰσπεπορευμένους εἰς τὴν οἰκίαν σου τὴν νύκτα, κατασκοπεῦσαι γὰρ τὴν γῆν ἥκασιν.

CHALDAICAE PARAPHRASIS TRANSLATIO.

[11] Et tribui Reuben, & tribui Gad, & dimidiæ tribui Menasse dixit Iosue dicendo:
[12] Estote memores verbi quod præcepit vobis Moses seruus Domini, dicendo: Dominus Deus vester requiescere fecit vos, & dedit vobis terram istam. [14] Vxores vestræ, & paruuli vestri, & pecora vestra manebunt in terra quam dedit vobis Moses vltra Iordanem: & vos transibitis armati ante fratres vestros omnes viri roboris, & adiuuabitis eos:
[15] Quoad requiem det Dominus fratribus vestris sicut vobis; & possideant etiam illi terram quam dominus Deus vester dabit vobis; & reuertemini in terram possessionis vestræ, & possidebitis eam, quam dedit vobis Moses seruus Domini vltra Iordanem ad ortum Solis.
[16] Et responderunt Iosue dicendo: Iuxta omne quod præcepisti nobis, faciemus: & ad omnem locum quò miseris nos, ibimus.
[17] Sicut omne quod accepimus ex Mose, sic accipiemus ex te: tantum sit verbum domini Dei tui in auxilium tuum, quemadmodum fuit in auxilium Mosis. [18] Omnis vir qui rebellauerit contra verbum tuum, & non acceperit dictum tuum in quocumque præceperis ei, occidatur. tantum confortare & esto robustus.

CAP. II.

ET misit Iosue filius Nun à Sitim duos viros exploratores secretò, dicendo: Ite & videte terram & Iericho. & iuerunt, & ingressi sunt in domum mulieris cauponariæ, & nomen eius Rahhab: & cubuerunt ibi. [2] Et dictum fuit regi Iericho, dicendo: Ecce viri venerunt huc nocte ex filiis Israel ad explorandum terram. [3] Et misit rex Iericho ad Rahhab, dicendo: Produc viros qui venerunt ad te, qui ingressi sunt domum tuam; quoniam ad explorandum omnem terram venerunt.

Universidad de Deusto
Biblioteca

4 ותקח האשה את־שני האנשים ותצפנו ותאמר
כן באו אלי האנשים ולא ידעתי מאין המה׃
5 ויהי השער לסגור בחשך והאנשים יצאו לא
ידעתי אנה הלכו האנשים רדפו מהר אחריהם
כי תשיגום׃ 6 והיא העלתם הגגה ותטמנם
בפשתי העץ הערכות־לה על־הגג׃
7 והאנשים רדפו אחריהם דרך הירדן על
המעברות והשער סגרו אחרי כאשר יצאו
הרדפים אחריהם׃
8 והמה טרם ישכבון והיא עלתה עליהם על הגג׃
9 ותאמר אל־האנשים ידעתי כי־נתן יהוה לכם
את־הארץ וכי־נפלה אימתכם עלינו וכי נמגו כל־
ישבי הארץ מפניכם׃
10 כי שמענו את אשר־הוביש יהוה את־מי ים־
סוף מפניכם בצאתכם ממצרים ואשר עשיתם
לשני מלכי האמרי אשר בעבר הירדן לסיחן ולעוג
אשר החרמתם אותם׃
11 ונשמע וימס לבבנו ולא־קמה עוד רוח באיש
מפניכם כי יהוה אלהיכם הוא אלהים בשמים
ממעל ועל הארץ מתחת׃
12 ועתה השבעו־נא לי ביהוה כי־עשיתי עמכם
חסד ועשיתם גם־אתם עם־בית אבי חסד ונתתם
לי אות־אמת׃
13 והחייתם את־אבי ואת־אמי ואת־אחי ואת־אחותי
ואת כל־אשר להם והצלתם את־נפשתינו ממות׃
14 ויאמרו לה האנשים נפשנו תחתיכם למות
אם לא תגידו את־דברנו זה והיה בתת יהוה לנו
את־הארץ ועשינו עמך חסד ואמת׃
15 ותורדם בחבל בעד החלון כי ביתה בקיר
החומה ובחומה היא יושבת׃

4 Tollensque mulier viros, abscondit eos & ait: Fateor, venerunt ad me, sed nesciebam vnde essent. 5 Cumque porta claudderetur in tenebris, & illi pariter exierũt: nescio quò abierunt. Persequimini citò, & 6 comprehendetis eos. Ipsa autem fecit ascẽdere viros in solarium domus suæ, operuitque eos stipula lini quæ ibi erat.
7 Hi autem qui missi fuerãt, secuti sunt eos per viam quæ ducit ad vadum Iordanis. illisque egressis statim porta clausa est.
8 Necdum obdormierant qui latebãt, 9 & ecce mulier ascendit ad eos: Et ait: Noui quòd Dominus tradiderit vobis terram. etenim irruit in nos terror vester, & elanguerunt omnes habitatores terræ.
10 Audiuimus quòd siccauerit Dominus aquas maris rubri ad vestrum introitum, quando egressi estis ex Ægypto: & quę feceritis duobus Ammorræorum regibus qui erant trans Iordanem, Seon & Og, quos interfecistis. Exo.14.c
11 Et hæc audientes pertimuimus, & elanguit cor nostrum: nec remansit in nobis spiritus ad introitum vestrum. Dominus enim Deus vester ipse est Deus in cælo sursum, & in terra deorsum.
12 Nunc ergo iurate mihi per Dominum, vt quomodo ego misericordiam feci vobiscum, ita & vos faciatis cum domo patris mei: detisque mihi verum signum;
13 Vt saluetis patrem meum & matrem, fratres ac sorores meas, & omnia quæ illorum sunt: & eruatis animas nostras à morte.
14 Qui responderunt ei: Anima nostra sit pro vobis in mortem, si tamen non prodideris nos. Cumque tradiderit nobis Dominus terram, faciemus in te misericordiam & veritatem.
15 Demisit ergo eos per funem de fenestra. domus enim eius hærebat muro.

תרגום יונתן

4 ודברת אוחא ית תרין גברייא ואטמרתנון ואמרת בקשטא אתו לותי גברייא ולא ידעית אי מנן אינון׃
5 והוה עדן למיתר תרעא בקבלא וגברייא נפקו ולא ידעית לאן אזלו גברייא רדפו בפריע בתריהון אמרי תדבקונון׃
6 והיא אסקתנון לאגרא ואטמרתנון בפשיגי כיתנא דסדירין לה על איגרא׃ 7 וגברייא רדפו כתריהון באורח ירדנא
עד מגיזתא והרעא אתרו כתר דנפקו רדפיא כתריהון׃ 8 ואינון עד לא שכיבו והיא סלקת לותהון לאגרא׃
9 ואמרת לגברייא ידעינא ארי יהב ייי לכון ית ארעא ואארי נפלת אימתכון עלנא ואארי איתבדו כל יתבי ארעא מן קדמיכון׃
10 ארי שמעינא ית דיבוש ייי ית מי ימא דסוף מן קדמיכון במיפקכון מן מצרים ית דעבדתון לתרין מלכי אמוראי דבעברא דירדנא
לסיחון ולעוג דשמדתון יתהון׃ 11 ושמעינא ואיתמסי לבנא ולא אשתארת עוד רוח בגברא מן קדמיכון ארי ייי אלהיכון
הוא אלהיא דשכינתיה בשמיא מלעלא ושליט על ארעא מלרע׃ 12 וכען קיימו כען לי בפיקדא דיי ארי עבדית
עמיכון טיבו ותעבדון אף אתון עם בית אבא טיבו והתנון לי את דקשוט׃ 13 ותיחון ית אבא וית אמא וית אחי וית
אחיתי וית כל דילהון והשיזבון ית נפשתנא ממותא׃ 14 ואמרו לה גברייא נפשנא ממותא
התיזון ית פתגמנא דין ויהי כד יהב ייי לנא ית ארעא ונעביד עמך טיבו וקשוט׃
ואמרי ביתה בכותל שורא ובשורא היא יתבת׃

4 Et tollens mulier duos viros, abscondit eos. & ait eis, dicens: Ingressi sunt ad me viri, & non scio vnde erant.
5 Postquam autem ianua claudebatur in tenebris, & viri exierunt: non scio quò abierunt. persequimini post eos, & comprehendetis eos.
6 Ipsa autem ascendere fecit eos in solarium, & occultauit eos in stipula lini constipata sibi in solario.
7 Et viri persecuti sunt post eos viam quæ ad Iordanem ad transitiones: & porta clausa est. & factum est vt exierunt persequentes post eos.
8 Et priusquam dormirent ipsi, et illa ascenderit ad solarium ad eos:
9 Et ait ad eos: Noui quòd tradidit dominus Deus vester vobis terram: irruit enim timor vester in nos, & elanguerunt omnes habitantes terram à vobis.
10 Audiuimus enim quòd siccauit dominus Deus mare rubrum à facie vestra, quando egressi estis ex Ægypto. & quæcunque feciſtis duobus regibus Amorræorum, qui erant trans Iordanem, Seon & Og, quos interfeciſtis eos.
11 Et audiẽtes nos obstupuimus in corde nostro, & non fuit vltra spiritus in vllo à facie vestra, quoniam dominus Deus noster Deus in in cælo supra, & in terra deorsum.
12 Et nunc iurate mihi per dominum Deum vestrum, quoniam facio vobis misericordiam, & facietis & vos misericordiam in domo patris mei: & dabitis mihi signum verum.
13 Viuere permittetis domum patris mei, & matrem meam, & fratres meos, & sorores meas, & omnem domum eorum, & omnia quæcunque sunt illis: & eruetis animam nostram de morte.
14 Et dixerunt ei viri: Anima nostra pro vobis in mortem. & ipsa dixit: Cùm tradiderit Dominus vobis vrbem, facietis in me misericordiam & veritatem.
15 Et demisit eos per fenestram, quoniam domus illius in muro, & in muro ipsa habitabat.

4 καὶ λαβοῦσα ἡ γυνὴ τοὺς δύο ἄνδρας ἔκρυψεν αὐτούς. καὶ εἶπεν αὐτοῖς λέγουσα, εἰσεληλύθασι πρός με ⓐ ἄνδρες, καὶ οὐκ οἶδα πόθεν ἦσαν.
5 ὡς δὲ ἡ πύλη ἐκλείετο ἐν τῷ σκότει, καὶ ⓐ ἄνδρες ἐξῆλθον, οὐκ ἐπίσαμαι ποῦ πεπόρευνται). καταδιώξατε ὀπίσω αὐτῶν, καὶ καταλήψεσθε αὐτούς.
6 αὐτὴ δὲ ἀνεβίβασεν αὐτοὺς ἐπὶ τὸ δῶμα, καὶ ἔκρυψεν αὐτοὺς ἐν τῇ λινοκαλάμῃ τῇ ἐστοιβασμένῃ αὐτῇ ἐπὶ τοῦ δώματος.
7 καὶ ⓐ ἄνδρες κατεδίωξαν ὀπίσω αὐτῶν ὁδὸν τὴν ἐπὶ τοῦ Ἰορδάνου ἐπὶ τὰς διαβάσεις, καὶ ἡ πύλη ἐκλείσθη. καὶ ἐξῆλθεν ὡς ἐξῆλθον ⓐ καταδιώκοντες ὀπίσω αὐτῶν.
8 καὶ πρὶν ἢ κοιμηθῆναι αὐτούς, ⓒ αὐτὴ ἀνέβη ἐπὶ τὸ δῶμα πρὸς αὐτούς.
9 ⓒ εἶπεν πρὸς αὐτούς, ἐπίσαμαι ὅτι παρέδωκε κύριος ὁ θεὸς ὑμῖν ὑμῖν τὴν γῆν, ἐπιπέπτωκεν γὰρ ὁ φόβος ὑμῶν ἐφ' ἡμᾶς, καὶ κατέπηγον πάντες ⓐ κατοικοῦντες τὴν γῆν ἀφ' ὑμῶν.
10 ἀκηκόαμεν γὰρ ὅτι κατεξήρανεν κύριος ὁ θεὸς τὴν θάλασσαν τὴν ἐρυθρὰν ἀπὸ προσώπου ὑμῶν, ὅτε ἐξεπορεύεσθε ἐξ αἰγύπτου. καὶ ὅσα ἐποιήσατε τοῖς δυσὶ βασιλεῦσι τῶν ἀμορραίων, οἳ ἦσαν πέραν τοῦ Ἰορδάνου, τῷ σιὼν καὶ τῷ ὤγ, οὓς ἐξωλεθρεύσατε αὐτούς.
11 καὶ ἀκούσαντες ἡμεῖς ἐξέστημεν τῇ καρδίᾳ ἡμῶν, ⓒ οὐκ ἔστη ἔτι πνεῦμα ἐν οὐδενὶ ἀπὸ προσώπου ὑμῶν, ὅτι κύριος ὁ θεὸς ὑμῶν θεὸς ἐν οὐρανῷ ἄνω καὶ ἐπὶ τῆς γῆς κάτω.
12 καὶ νῦν ὀμόσατέ μοι κύριον τὸν θεὸν ὑμῶν, ὅτι ποιῶ ὑμῖν ἔλεος, καὶ ποιήσετε καὶ ὑμεῖς ἔλεος ἐν τῷ οἴκῳ τοῦ πατρός μου, καὶ δώσετέ μοι σημεῖον ἀληθινόν.
13 ζωγρήσετε τὸν οἶκον τοῦ πατρός μου, ⓒ τὴν μητέρα μου, καὶ τοὺς ἀδελφούς μου, ⓒ τὰς ἀδελφάς μου, καὶ πᾶσαν τὸν οἶκον αὐτῶν, καὶ πᾶσα ὅσα ἐστὶν αὐτοῖς. καὶ ἐξελεῖσθε τὴν ψυχὴν ἡμῶν ἐκ θανάτου.
14 ⓒ εἶπαν αὐτῇ ⓐ ἄνδρες, ἡ ψυχὴ ἡμῶν ἀντὶ ὑμῶν εἰς θάνατον. ⓒ αὐτὴ εἶπεν, ὡς ἂν λαλήσῃ κύριος ὑμῖν τὴν πόλιν, ποιήσετε εἰς ἐμὲ ἔλεος καὶ ἀλήθειαν.
15 καὶ κατεχάλασεν αὐτοὺς διὰ τῆς θυρίδος, ὅτι ὁ οἶκος αὐτῆς ἐν τῷ τείχει, καὶ ἐν τῷ τείχει αὐτὴ κατῴκει.

CHALDAICAE PARAPHRASIS TRANSLATIO.

4 Et tulit mulier duos viros, & abscondit eos, & dixit: In veritate venerunt ad me viri, & non noui vndenam illi.
5 Et fuit tempus ad coniungendam portam in crepusculo; & viri exierunt, & non noui quonam inerint. sequimini cum festinatione post eos, nam comprehendetis eos.
6 Et illa ascendere fecit eos in tectum, & abscondit eos in manipulis lini, qui ordinati fuerant illi super tectum.
7 Et viri persecuti sunt post eos per viam Iordanis vsque ad Vada: & portam coniunxerunt postquam egressi sunt persecutores post eos.
8 Et illi nondum cubuerant, & ipsa ascendit ad eos in tectum:
9 Et dixit viris: Scio quòd dedit vobis Deus terram, & quòd cecidit terror vester super nos, & quòd fracti sunt omnes habitatores terræ à facie vestra.
10 Namque audiuimus quòd exsiccauit Deus aquas maris Suph à facie vestra, cùm exiissetis ex Ægypto: & quæ feciſtis duobus regibus Amorræi vltra Iordanem, Sion & Ghog, quòd confeciſtis eos.
11 Et audiuimus, & liquefactum est cor nostrum, & non relictus est amplius spiritus in homine à facie vestra: quia dominus Deus vester ipse est Deus, cuius maiestas in cælis desuper, & dominatur super terram deorsum.
12 Et nunc iurate mihi in verbo Dei; nam feci vobiscũ bonitatem, & facietis etiam vos cum domo patris mei bonitatem: & dabitis mihi signum veritatis:
13 Et viuere facietis patrem meum, & matrem meam, & fratres meos, & sorores meas, & omnia quæ illis: & eripietis animas nostras à morte.
14 Et dixerunt ei viri: Anima nostra tradita pro animabus vestris ad moriendum, si non prodideritis dictum hoc. Et erit quando dederit nobis Dominus terram, & faciemus tecum bonitatem & veritatem.
15 Et incatenauit eos fune de fenestra: nam domus illius in pariete muri, & in muro illa habitabat.

Universidad de Deusto
Biblioteca

16 וַתֹּאמֶר לָהֶם הָהָרָה לֵּכוּ פֶּן־יִפְגְּעוּ בָכֶם
הָרֹדְפִים וְנַחְבֵּתֶם שָׁמָּה שְׁלֹשֶׁת יָמִים עַד שׁוֹב
17 הָרֹדְפִים וְאַחַר תֵּלְכוּ לְדַרְכְּכֶם׃ וַיֹּאמְרוּ אֵלֶיהָ
הָאֲנָשִׁים נְקִיִּם אֲנַחְנוּ מִשְּׁבֻעָתֵךְ הַזֶּה אֲשֶׁר
18 הִשְׁבַּעְתָּנוּ׃ הִנֵּה אֲנַחְנוּ בָאִים בָּאָרֶץ אֶת־
תִּקְוַת חוּט הַשָּׁנִי הַזֶּה תִּקְשְׁרִי בַּחַלּוֹן אֲשֶׁר
הוֹרַדְתֵּנוּ בוֹ וְאֶת־אָבִיךְ וְאֶת־אִמֵּךְ וְאֶת־אַחַיִךְ
וְאֵת כָּל־בֵּית אָבִיךְ תַּאַסְפִי אֵלַיִךְ הַבָּיְתָה׃
19 וְהָיָה כֹּל אֲשֶׁר־יֵצֵא מִדַּלְתֵי בֵיתֵךְ הַחוּצָה
דָּמוֹ בְרֹאשׁוֹ וַאֲנַחְנוּ נְקִיִּם וְכֹל אֲשֶׁר יִהְיֶה אִתָּךְ
20 בַּבַּיִת דָּמוֹ בְרֹאשֵׁנוּ אִם־יָד תִּהְיֶה־בּוֹ׃ וְאִם־
תַּגִּידִי אֶת־דְּבָרֵנוּ זֶה וְהָיִינוּ נְקִיִּם מִשְּׁבֻעָתֵךְ אֲשֶׁר
21 הִשְׁבַּעְתָּנוּ׃ וַתֹּאמֶר כְּדִבְרֵיכֶם כֶּן־הוּא וַתְּשַׁלְּחֵם
22 וַיֵּלֵכוּ וַתִּקְשֹׁר אֶת־תִּקְוַת הַשָּׁנִי בַּחַלּוֹן׃ וַיֵּלְכוּ
וַיָּבֹאוּ הָהָרָה וַיֵּשְׁבוּ שָׁם שְׁלֹשֶׁת יָמִים עַד־שָׁבוּ
הָרֹדְפִים וַיְבַקְשׁוּ הָרֹדְפִים בְּכָל־הַדֶּרֶךְ וְלֹא מָצָאוּ׃
23 וַיָּשֻׁבוּ שְׁנֵי הָאֲנָשִׁים וַיֵּרְדוּ מֵהָהָר וַיַּעַבְרוּ
וַיָּבֹאוּ אֶל־יְהוֹשֻׁעַ בִּן־נוּן וַיְסַפְּרוּ־לוֹ אֵת כָּל־
24 הַמֹּצְאוֹת אוֹתָם׃ וַיֹּאמְרוּ אֶל־יְהוֹשֻׁעַ כִּי־
נָתַן יְהוָה בְּיָדֵנוּ אֶת־כָּל־הָאָרֶץ וְגַם־נָמֹגוּ
כָּל־יֹשְׁבֵי הָאָרֶץ מִפָּנֵינוּ׃

ג

1 וַיַּשְׁכֵּם יְהוֹשֻׁעַ בַּבֹּקֶר וַיִּסְעוּ
מֵהַשִּׁטִּים וַיָּבֹאוּ עַד־הַיַּרְדֵּן הוּא וְכָל־בְּנֵי
2 יִשְׂרָאֵל וַיָּלִנוּ שָׁם טֶרֶם יַעֲבֹרוּ׃ וַיְהִי
מִקְצֵה שְׁלֹשֶׁת יָמִים וַיַּעַבְרוּ הַשֹּׁטְרִים בְּקֶרֶב
3 הַמַּחֲנֶה׃ וַיְצַוּוּ אֶת־הָעָם לֵאמֹר כִּרְאֹתְכֶם
אֵת אֲרוֹן בְּרִית־יְהוָה אֱלֹהֵיכֶם וְהַכֹּהֲנִים
הַלְוִיִּם נֹשְׂאִים אֹתוֹ וְאַתֶּם תִּסְעוּ מִמְּקוֹמְכֶם
וַהֲלַכְתֶּם אַחֲרָיו׃

16 *Dixitque ad eos: Ad montana cõscendite, ne fortè occurrant vobis reuertẽtes: ibiq; latitate tribus diebus, donec redeãt: & sic ibitis per viam vestram.
17 *Qui dixerunt ad eam: Innoxij erimus à iuramento hoc, quo adiurasti nos;
18 *Si ingredientibus nobis terram, signũ non fuerit funiculus iste coccineus: & ligaueris eum in fenestra per quam demisisti nos; & patrem tuum ac matrem fratresque, & omnem cognationem tuam congregaueris in domum tuam.
19 *Qui ostium domus tuæ egressus fuerit, sanguis ipsius erit in caput eius, & nos erimus alieni. Cunctorum autem sanguis qui tecum in domo fuerint, redũdabit in
D caput nostrum, si eos aliquis tetigerit.
20 *Quod si nos prodere volueris, & sermonem istum proferre in mediũ, erimus mundi ab hoc iuramento quo adiurasti
21 nos. *Et illa respondit: Sicut locuti estis, ita fiat. Dimittensque eos vt pergerent, appendit funiculum coccineum in fenestra.
22 *Illi verò ambulantes peruenerunt ad montana; & manserũt ibi tres dies, donec reuerterentur qui fuerant persecuti. quęrentes enim per omnem viam, non repe-
23 rerunt eos. *Quibus vrbem ingressis, reuersi sunt & descenderunt exploratores de monte, & transmisso Iordane venerũt ad Iosue filium Nun: narraueruntque ei
24 omnia quæ acciderant sibi: *atque dixerunt: Tradidit Dñs omnem terram hanc in manus nostras, & timore prostrati sunt cuncti habitatores eius. CAP. III.

1 IGitur Iosue de nocte cõsurgẽs mouit ca
A stra: egredientesq; de Sethim venerũt ad Iordane, ipse & omnes filij Israel, & mora-
2 ti sunt ibi per tres dies. *Quibus euolutis, transierunt pręcones per castrorũ mediũ:
3 *Et clamare cœperunt: Quando videritis arcam fœderis domini Dei vestri, & sacerdotes stirpis Leuiticæ portantes eam, vos quoque consurgite, & sequimini pcedẽtes.

תרגום יונתן

16 וַאֲמַרַת לְהוֹן לְטוּרָא אֱזִילוּ דִּילְמָא יְעָרְעוּן בְּכוֹן רָדְפַיָּא וְתִטַּמְרוּן תַּמָּן תְּלָתָא יוֹמִין עַד דִּיתוּבוּן רָדְפַיָּא וּבָתַר כֵּן תְּהָכוּן לְאָרְחָכוֹן׃
17 וַאֲמַרוּ לַהּ גַּבְרַיָּא זַכָּאִין אֲנַחְנָא מִמּוֹמָתִיךְ דָּא דְּקַיֵּימְתְּ עֲלָנָא׃ 18 הָא אֲנַחְנָא עָלִין בְּאַרְעָא יָת חוּטָא דְחוּט זְהוֹרִיתָא הָדֵין
תִּקְטְרִין בְּחַרַכָּא דְּשַׁלְשֶׁלְתָּנָא בֵיהּ וְיָת אֲבוּךְ וְיָת אִמִּיךְ וְיָת אַחַיִךְ וְיָת כָּל בֵּית אֲבוּךְ תְּכַנְשִׁין לְוָתִיךְ לְבֵיתָא׃ 19 וִיהֵי כָּל דְּיִפּוֹק מִדַּשֵּׁי
בֵיתִיךְ לְבָרָא חוֹבַת קְטוֹלֵיהּ בְּרֵישֵׁיהּ וַאֲנַחְנָא זַכָּאִין וְכֹל דִּי יְהֵי עִמִּיךְ בְּבֵיתָא חוֹבַת קְטוֹלֵיהּ בְּרֵישָׁנָא אִם יַד אֱנָשׁ תְּהֵי בֵיהּ׃ 20 וְאִם
תְּחַוִּין יָת פִּתְגָּמָנָא דֵין וּנְהֵי זַכָּאִין מִמּוֹמָתִיךְ דְּקַיֵּימְתְּ עֲלָנָא׃ 21 וַאֲמַרַת כְּפִתְגָּמֵיכוֹן כֵּן הוּא וְשַׁלְּחַתְנוּן וַאֲזַלוּ וּקְטַרַת יָת חוּטָא דִּזְהוֹרִיתָא
בְּחַרַכָּא׃ 22 וַאֲזַלוּ וְעָלוּ לְטוּרָא וִיתִיבוּ תַמָּן תְּלָתָא יוֹמִין עַד דְּתָבוּ רָדְפַיָּא וּבְעוֹ רָדְפַיָּא בְּכָל אוֹרְחָא וְלָא אַשְׁכַּחוּ׃ 23 וְתָבוּ תְּרֵין
גֻּבְרַיָּא וּנְחַתוּ מִן טוּרָא וַעֲבַרוּ וַאֲתוֹ לְוָת יְהוֹשֻׁעַ בַּר נוּן וְאִשְׁתְּעִיאוּ לֵיהּ יָת כָּל דְּעָרַעָא יָתְהוֹן׃ 24 וַאֲמַרוּ לִיהוֹשֻׁעַ אֲרֵי מְסַר יְיָ בִּידָנָא
יָת כָּל אַרְעָא וְאַף אִתְבָּרוּ כָּל יָתְבֵי אַרְעָא מִן קֳדָמָנָא׃

ג

1 וְאַקְדֵּים יְהוֹשֻׁעַ בְּצַפְרָא וּנְטַלוּ מִשִּׁטִּין וַאֲתוֹ עַד יַרְדְּנָא הוּא וְכָל בְּנֵי יִשְׂרָאֵל וּבָתוּ תַמָּן קֳדָם דְּיֶעְבְּרוּן׃
2 וַהֲוָה מִסּוֹף תְּלָתָא יוֹמִין וַעֲבַרוּ סָרְכַיָּא בְּגוֹ מַשְׁרִיתָא׃ 3 וּפַקִּידוּ יָת עַמָּא לְמֵימַר בְּמֶחֱזֵיכוֹן יָת אֲרוֹן קְיָמָא דַּיְיָ אֱלָהֲכוֹן
וְכָהֲנַיָּא וְלֵוָאֵי נָטְלִין יָתֵיהּ וְאַתּוּן תִּטְּלוּן מֵאַתְרֵיכוֹן וּתְהָכוּן בָּתְרוֹהִי׃

** Et dixit eis: Ad montana abite, ne occurrant vobis persequentes. & latitabitis illic tribus diebus, donec redeant persequentes post vos: & post hæc ibitis in viam vestram.* 16
** Et dixerunt viri ad eam: Innoxij sumus iuramento tuo hoc.* 17
** Ecce nos intramus in partem ciuitatis, & pones signum, funiculum coccineum hunc ligabis ad fenestram per quam demisisti nos per eã. & patrem tuum, & matrem tuam, & fratres tuos, & omnem domum patris tui congregabis apud te ipsam in domum tuam.* 18
** Et erit omnis qui egressus fuerit portam domus tuæ extra, reus sibi ipsi erit: nos autem innocentes iuramento tuo hoc. & quicunque fuerint tecum in domo tua, nos rei erimus, si manus tetigerit eum.* 19
** Si autem quis nos iniuria affecerit, & reuelauerit sermones nostros hos, erimus innocentes à iuramento tuo hoc, quo adiurasti nos.* 20
** Et dixit: Secundum verbum vestrum, sic sit. & dimisit eos, & ierunt. & ligauit signum coccineum in fenestra.* 21
** Et ierunt & peruenerunt ad montana, & manserunt ibi tres dies, donec reuersi sunt persequentes. & quæsierunt persequentes omnes vias, & non repererunt.* 22
** Et reuersi sunt duo iuuenes, & descenderunt de monte, & transierunt & venerunt ad Iosue filium Nun; & narrauerunt ei omnia quæ acciderant sibi:* 23
** Et dixerunt ad Iosue: Quòd tradidit Dominus in manu nostra omnem terram: et timore prostratus est omnis habitans terram illam à nobis.* 24 CAP. III.

ET manicauit Iosue manè, & profecti sunt de Sethin, & venerunt vsque ad Iordanẽ ipse & omnes filij Israel. et morati sunt ibi antequam transirent. 1 ** Et factum est post tres dies, & transierunt scribæ per media castra:* 2
** Et præceperunt populo, dicentes: Quando videritis arcam fœderis domini Dei nostri, & sacerdotes & Leuitas portantes eã, et vos consurgetis à locis vestris, & ite post eam.* 3

16 καὶ εἶπεν αὐτοῖς, εἰς τὴν ὀρεινὴν ἀπέλθατε μὴ συναντήσωσιν ὑμῖν οἱ καταδιώκοντες. καὶ κρυβήσεσθε ἐκεῖ τρεῖς ἡμέρας, ἕως ἂν ἀποστρέψωσιν οἱ καταδιώκοντες ὀπίσω ὑμῶν, καὶ μετὰ ταῦτα ἀπελεύσεσθε εἰς τὴν ὁδὸν ὑμῶν.
17 καὶ εἶπαν οἱ ἄνδρες πρὸς αὐτήν, ἀθῷοι ἐσμὲν τῷ
